

Deo jam cognitū; sed & memoria ejus, etiam nunc, *A* in benedictione est: nam & usque hodie in triplicem Dominici amoris confessionem, triplici hoc fructu pascit Domini gregem: pascit vitā, pascit doctrinā, pascit intercessionem. Intercessionem probant sanitates, curationes, miracula: quæ refertæ alterius instituti est, & laboris propè supervacaneæ, quandoquidem ut loquitur Joannes 22. *Quot arculos scripsit, tot miracula edidit.* Vitæ sanctitatem docent ecitates, singularis in Deum pietas, in oratione assiduitas, in conversatione humilitas, in carne puritas, in sacrosanctam Eucharistiam devotio. Hujus amore velut ebrius, non raro totus lachrymis infusus jacebat in mentis excessu. Ideo nunquam, nisi adversa valetudine præpeditus, sacrificare prætermisit: quæ tamen animi devotione nondum pietati satisfaciens, fratris alterius sacrificio assitebat, eique ut plurimum ministrabat, Sed quid his immoror? An officium illud corporis Christi, quod ita miramur atque suspicimus, ut dictata divinitus verba credantur, ab eo compositum & digestum, non est maximum ejus devotionis argumentum? uno verbo dicam, tota ejus vitæ ratio, quid aliud quam continua Dei contemplatio fuit? Orationi lectio, lectioni succedebat oratio. Hac sine nihil tentabat, hac duce omnia superabat. Si difficile & ambiguum aliquid occurrebat, oratio nodum solvebat. Quamvis enim se sortitum sciret animam bonam: ingenio nihilominus laborem, labori orationem, orationi jejuniū addebat. Meminitibus, credo, qualiter cum in Esaiæ obscuritatibus omnes ingenij sui nervos intenderet, orationi vagaverit, jejunijs infuiterit, contemplatione Deum exorari: quo factum ut sancti Apostoli Petrus & Paulus (quos apud Deum intercessores adhibuerat) ei apparentes, obscura patefecerint, quod latebat aperuerint, quod volebat explicuerint. Quin etiam formalis suo fratri Reginaldo dicere solebat, quidquid sciret, non tam studio aut labore peperisse, quam divinitus traditum accepisse. *Optavit enim, & in oratione os suum Domino aperuit, & datus est ei sensus: & quia Deus magnus voluit, spiritu intelligentia replevit illum, ut ipse tanquam imbres emittoret eloquia sapientie sue.* An non id, me tacente, libello quuntur, qui sunt ad audiendum, propter simplicem eloquentiam, dulces; ad legendum, propter brevitetem, faciles; ad intelligendum, propter sapientiam, salutares? Tanta spiritus devotione distillant, ut mentes legentium sicut adipem & pinguedine repleantur. Profunda, subtiliter: ardua, solidè: multa, succinè: obscura, clarè differunt, adeo ut quatuor implacabiliter inter se pugnantia, brevis cum multitudine, multitudine cum securitate, securitas cum facilitate, facilitas cum brevitate indissolubili pacis fœdere copulata hæc inveniantur.

In cano-
nizatio-
ne hujus
sancti,
apud
Gerso
tract. 39
contr.
imp. ord.
Chartus.
Medi-
nam.
Nunum
in 3. p.

Sextus
Sen. l. 5.
Bibl.
sanctæ.
Exod.
31.

comprehenderunt, intrâ unius Summæ Theologi-
cæ limitis conclusit, ea perspicuitate, ut sæpè ne-
scias quid mireris, rerum copiā brevibus compre-
hensam; an brevitati agnatam obscuritatem, ex-
clusam.

Securitas autem quanta sit in ejus scriptis, sciunt
qui legerunt. Cùm in nonnullis quorundam ve-
terum scriptis cautè ac suspensè gradu, & ut ajunt,
pede bubulo sit lectori progrediendum, ne in sen-
tentias malè sonantes ac parùm tutas impuderet
impingat: huic uni ea sententiarum veritas divino
munere contigit, ut in eis inoffenso liceat pede
decurrere, ac citrà ullam erroris suspicionem fe-
cundè, velut in regia & Communis via, Comuni,
Sanctorum incesu trita, expatiari. Ac ut non
sine auctore loqui videar, interrogemus patres,
& annuntiabunt nobis: majores nostros, & di-
cent nobis. *Comperitum est, ait Stephanus Pari-
siorum Episcopus nihil eum sensitse, docuisse, seu
scripsisse, quod sana fidei vel bonis moribus adversetur.*
*Hujus doctoris sapientia, inquit Innocentius VI.
præ ceteris (excepta canonica) habet proprietatem
verborum, modum dicendorum, veritatem senten-
tiarum: ita ut quæ eam tenuit, nunquam inveniat
à tramite veritatis deviasse; & quæ eam impugna-
vit, semper fuit de veritate suspectus. Est enim cetero-
rum doctorum & magistrorum verior sine contagio
falsitatis: clarior sine ideo obscuritatis: utilior sine
vitio curiositatis, lator ambitu sua generalitatis,*
ait Clemens Sextus. Hinc Urbanus Sextus Aca-
demiz Tholosanæ scribens, *Nos, inquit, attenden-
tes quanta Sanctus Thomas a Deo scientiâ dotatus,
ordinem fratrum Prædicatorum, & universalem
Ecclesiam illustraverit: volumus & tenore præsen-
tium injungimus, ut dicti Beati Thomæ doctrinam
tanquam veridicam & Catholicam selemini, eam-
que fideiæis totis viribus ampliare.*

B

C

Quod si quis testimonium hominum non accipit,
testimonium Dei majus est, illud accipiat.
Cum Neapoli puras manus levaret in oratione ad
Deum, venit vox de cruce dicens, *Bene scripsisti de
me Thomas: quam mercedem accipies?* Cui sanctus
sanctè respondebat, *Non aliam Domine quam teip-
sum. Unam enim petierat a Domino, hanc require-
bat, ut inhabitaret in domo Domini omnibus diebus
vite sue.*

D

Ecce Sancti hujus doctrinam, divinitus habitam,
à Christi Vicarijs confirmatam; & ut Pius Quintus
loquitur, *Salvatoris crucifixi ore mirabiliter quiss.
probatam: sanctæ etiam Dei genitricis testimonio
securam; ut testatur Julius tertius.* Quid ergo om-
nibus, si in summam autoritatis arcem recep-
ta, invincibilis, *Irrefragabilis*, invictissima cele-
bretur? Jam olim, etiam cum Sanctorum cata-
logo nondum esset adscriptus, *Communis* no-
men sortitus est. Nam & Durandum, & Thomam
de Argentina, Brullæum, Godfridum de Fonti-
bus, reliquosque ferè omnes Theologos *Communi
doctoris* titulo sanctum hunc inducere solitos te-
statum reliquit Vincentius * Haerlemius. Palud.
etiam in 4. d. 44. q. 7. Quinta inquit opinio est
Thomæ *Communis doctoris.* Hinc Navar. initio
Enchyridij *Angelicus*, inquit omnicivis ille Tho-
mas: alibi vero frequentissimè, *Justa Sanctum Paluda-
Thomam communiter receptum, & Clemens
VIII. Magnus Aquinas vivus est divina volun-
tatis interpres.*

E

Ac primum, tanta est in eis rerum omnium co-
piosa ubertas, ut cum aliorum unus in philosophicis,
alter in Theologicis; unus in scripturis, alter in
scholasticis; unus in theoreticis, alter in practicis emi-
nearhic unus, instar Beseleel quem Dominus im-
pleverat spiritu Dei, sapientiâ & intelligentiâ in om-
ni opere, sic in omnibus excellit, ut licet nullum
fuit scriptorum genus in quo non esset diligentissi-
mè versatus, ita nullum scientiæ genus tabernaculo
Domini erigendo necessarium reliquit intactum.

Brevitetem porrò ita coluit, ut quæ multi cùm
veteres tum recentiores vix immensis voluminibus
Orationes Theologicae.

In epist.
data a 110
no 132 5

In serm.
ecce
plurimè
Salom.
mon hic.

In serm.
vir Dei
est.

In bulla
quam a
2. sui
pont.
edidit.

† Apud
Nunum
3. p.
* Vide

versijs
anti-
editione
om. B.
Tho. in
de cæ-
7. lo.
† Ibidè.

* In
epist.
Parisjs
data an-
no 1314
præfixa
Paluda-
no in 4.

In bulla
ad Reg.
Neap.